UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. LXIII. Duplum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

verſis cauſis diſtinctisque temporibus, utrumque tempore ſucceſſivo pati poteſt. *l. qui non militab. 78. ff. de hered. inſt.* Conſt. *lib. 1. diſp. col. 3. pag. 9.* Exemplo ſit, quod de legatis conditionalibus aut in diem relictis poſſit filius ultra legitimam & Falcidiam detrahere, quam ſententiam non modò de Jure Canonico, *cap. Raynutius & cap. Raynaldus extr. de teſtam.* diſerte fundatam, ſed & æquitati convenientem dicit ac tuetur multis Petr. Heig. *p. 1. quæſt. 32. n. 15.* quam & defendunt Covar. *in d. cap. Raynutius §. 11. num. 5.* Vincent. Honded. *conſ. 63. n. 74.* Joh. Petr. Surd *lib. 1. conſ. 77. num. 13.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 121. num. 12.* Anton. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 37. defin. 6. 2.* Hartm. Piſt. *obſ. 171. n. 8.* Carpz. *p. 3. juriſpr. Rom. conſt. 1. defin. 21. n. 3.*

*III.*

Duplici onere nemo gravandus *l. Titia 34. §. qui invita 5. ff. de legat. 2.* Tiraquell. *de Nobil. cap. 20. n. 170.* Valaſc. *de jure Emphyteut. quæſt. 17. n. 21.* Caſp. Klock. *de contrib. concl. 37.* Vinc. de Franch. *deciſ. 22. num. 31.* Carpz. *part. 3. conſt. 28. defin. 19. n. 41. add. infr. lit. O. cap. Onus.*

*IV.*

DUPLEX funiculus, ſeu duplex vinculum magis ligat, & difficilius rumpitur, *l. ſi non lex 83. ff. de hæred. inſtit. l. diſcretis 10. C. qvi teſtamenta facere poſſ. l. pen. §. ſi verò. C. de adopt. auth. itaque. C. communia. de ſucceſſionib. §. ſed hodie. verſ. ſi verò pater. in fin. Inſt. de actionib. §. affinitatis. Inſtit. de empt. cap. 1. de Treuga & pace.* Alex. *conſil. 195. Aſſumo. nu. 6. lib. 2.* Ruin. *conſ. 73. num. 3. lib. 3.* ubi qvod qvando concurrit duplex funiculus, difficilior eſt ſolutio, Anchar. *conſ. 226. num. 4. in fin.* ubi qvod duplex mendacium, vel delictum magis gravat, & magis operatur, Cravett. *conſ. 346. num. 12. & 13.* ubi qvod duplex, ſeu geminatus dolus, & geminatum delictum graviorem pœnam affert, Cacheran. *deciſ. 147. num. 20. & 21.* Oldrad. *conſ. 325. num. 4.* Surdus *de aliment. tit. 6. qvæſt. 13. num. 2. & deciſ. 154. num. 9. & conſ. 61. num. 6. & conſ. 173. num. 28. & conſ. 175. num. 39. & conſ. 329. num. 18.* Cald. Pereira *de reſolut. Emphyteuſ. cap. 9. nu. 14.* Cardinal. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 810. cum 3. ſeqq. & tom. 4. lit. G. concluſ. 28. num. 30. 32. cum ſeqq.* Marian. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 81. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 13. num. 90. cum ſeq.* Octav. Glorit. *reſponſ. 5. num. 26.* Sigiſmund. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 9. num. 1673. & 1720.* Raudenſ. *conſ. 18. n. 91.* Perez de Lara. *de anniverſ. & capell. lib. 2. cap. 3. num. 32. cum ſeqq.*

Unde provenit, ut clauſulæ geminatæ enixam voluntatem magis oſtendant, ſecundum Bartolum *in l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* Dec. *conſ. 51. ſub num. 3. & conſ. 373. num. 8.* Roland. *conſ. 110. num. 63. vol. 4.* Cravett. *conſ. 54. volum. 1.* quia geminatio verborum indicat enixam voluntatem legislatorum, Decian. *conſ. 1. n. 42. & 43. vol. 3.* Gutier. *pract. lib. 3. qvæſt. 17. num. 134.* Cravett. *d. conſ. 54. num. 7.* Joſephus Seſſe *Arag. deciſ. 230. num. 14.* Ferrer. *in conſt. Catalon. gloſſ. 1. n. 123.*

Et ſtatutum diſponens, qvod idem jus commune, addit vinculum, & magis ligat, ut notatur *in l. 1. in princ. ff. ad Legem Falcid. & in l. 3. §. ſi rem. ff. de legat. 3.* Alderan. Maſcard. *de interpret. ſtatut. concluſ. 12. num. 17. cum ſeqq.* Decius *conſ. 49. num. 17. vol. 1. & conſ. 51. num. 7. vol. 2.* Et ideò concurrente duplici prohibitione, ſtatuti ſcilicet, & teſtatoris, non poterit filia agere ad ſupplementum legitimæ, Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 2. n. 8. & 9. de conſt.* Pariſ. *conſ. 26. num. 88. lib. 3.* & alii plures, qvos refert Gonzal. *d. gloſſ. 13. num. 96.* Vide infra *lib. 7. ſub. verb. Geminatio.*

Limita Axioma, quando alterum eſt impertinens. Surdus *conſ. 31. n. 34. verſ. Secundò reſpondeo. & n. ſeqq.*

Limita etiam, quando unumquodque per ſe non adſtringit. *l. patre furioſo.* ubi Jaſon. *num. 44. ff. de his qui ſunt ſui.* Surdus *conſil. 173. num. 113.*

## CAP. LXIII.

# Duplum.

Semper in duplo triplove ſimplum id, quod duplatur, continetur, niſi nominatim cautum, ut duplum triplumve præter ſimplum intelligatur. *§. ult. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* Donell. 26. *Comm. cap. 20. in fin.* Bocer. *claſſ. 6. diſput. 29. theſ. 37.*

## CAP. LXIV.

# Curatio Permanſio. *adde verb.* Tempus.

Non videtur factum, qvod non durat factum: fundatur hæc regula in *l. ſequitur 4. §. tunc in poteſtate 12. de uſucap.* Anton. Fab. *in rationalibus & amplius. gl. ad l. Papinianus 8. §. 14. in fin. de inoffic. teſtam.* Zaſ. *in paratit. quod cujusque univerſ. n. 22.* Exempla in jure paſſim occurrunt. Sic non videtur cautum, qvod non durat cautum, *l. 4. Ut in poſſ. legat.* ubi Cujac. *in Pap.* & permiſſum non dicitur, qvod non durat permiſſum, *l. item 6 §. quid ſi actor. Quod cujusque univerſ. nomine.* nec verſum dicitur, quod verſum non durat. *l. ſi pro patre. 10. §. 10. in pr. de in rem verſ.* nec defenſum dicitur, quod non durat defenſum. *l. 2. §. 4. in fin. Quibus ex cauſ. in poſſ.* Finckelthuſ. *obſ. 12. n. 13.* Ant. Fab. *in rat.*